

## Werk

**Titel:** Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter...

**Jahr:** 1743

**Kollektion:** Zoologica

**Werk Id:** PPN369546733

**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PID=PPN369546733> | LOG\_0129

**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546733>

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

CAPUT QUINQUAGESIMUM LVIII. HOOFDSTUK.  
OCTAVUM.*Mangium celsum. Mangi Mangi  
Toncke.**De Hooge Mangie-Boom, ofte Lalary-  
Hout.*

**N**unc cohortem adducemus arborum maritimarum, quæ vitam suam ex & circa aquam marinam trahunt, quæque vicissim ramis suis nunc mare nunc litus salutant. Harum quædam continuo aquæ exponuntur, ac generali vocabulo *Mangi Mangi* vocantur, quæ in quinque genericas classes dividuntur, ac primo *Mangium legitimum* est, secundo *Mangium cafeolare*, tertio *Mangium album*, quarto *Mangium fruticans*, quinto *Mangium ferreum*.

Prima species iterum subdividitur in quatuor species, uti primo *Mangium celsum*, 2. *Minus*. 3. *Digitatum*. 4. *Candelarium*.

*Mangium celsum* seu proprie *Mangi Mangi* omnium altissima est arbor ad Alnum proxime adcedens, truncum gerens rectum, viri crassitie, qui comam gerit angustam, & vagam: Ejus cortex crassissimus est, rugosus, fissus, & fragilis, inferius nigricans, superius plumbeus, succosus, & interne rubens. Folia plerumque ad Laurina adcedunt, ab utraque nempe parte acuminata, integra, glabra, firma, & splendentia, paucisque notata venis, quæ in superiore parte magis protuberant, ibique intense viridia sunt, inferius vero flavescent, quinque & sex pollices longa, binos & binos cum dimidio lata, petiolis pollicem longis insidentia, obposita & cruciata, aliquando vero non hunc observant ordinem; ramorum summo plurimum insident simul conlecta, cætera ramorum pars nuda est, nodosa, & sinuosa, ramique ipsi facile abrumpuntur.

Post & inter folia oblonga & acuta capita excrescunt digiti articulum longa, ex fusco rubentia, quæ in decem sese aperiunt apices, seu radios, neutiquam ample extensos, sed tantum dehiscences, instar calicis, in horum centro sese exhibent decem angusta petala, seu stamina, superius bifida, intense lutea, non elevata, sed inter priores apices sese insistentia, decidua facile, suntque ipsi hujus arboris flores. In hujus calicis centro oblongum ponitur pistillum, inferius ventricosum, superius angustatum instar ampullæ, ex hujus centro fructus excrescit, qui oblonga & rotunda est siliqua, spithamam vel pedem longa, minorem digitum crassa, per longitudinem striata, prope ortum rubra, cætera ipsius pars ex fusco & obscure viridi colore variegata est, substantiæ herbacæ, sed sensim parum lignosæ, quæ intus album & siccum gerit cor, forma crassi nervi, quod a plebe editur. Hæ siliquæ maturæ ex stellato decidunt calice, qui in arbore remanet, apice vero terram tangentes, radices agunt, & arbusculas emittunt, foliaque ex inferiore propullulant parte, licet etiam hæ siliquæ transversaliter terram tangant, ex superiore tamen ipsarum parte radículas emittunt, seseque erigunt.

Arboris lignum rufum est seu rubens, durum, grave, succosum, & per longitudinem rimas facile agens, odoris paludosi seu sulphurei, qui in cortice fortior & penetrantior percipitur, facile autem flammam concipit, licet sit viride, si per momentum tantum igni fuerit adpositum, & fumo inoratum, quando fortiter concipit flammam, magnumque emittit calorem, sed stridorem excitat & scintillas ejicit, quod in sicco tamen non ita observatur, cujus causa est sulphurea pinguedo, quam in paludoso ac salso extrahit solo.

Dum itaque hæ arbores semper mollibus ac paludosis crescunt locis, seu talibus in litoribus, quæ vicissim maris itu & reditu nunc aqua marina teguntur, nunc liberantur, hinc ipsarum radices plerumque supra terram nudæ elevantur, ex multis quasi nigris & rotundis compositæ farciminibus, quæ instar serpentum intricatæ ab una ad alteram excurrunt arborem, difficilemque transitum causant; si enim ex his prolabamur, ad dimidiam corporis partem paludo-

**N**U zullen wy opvoeren een troep van eygentlyke strand-boomen, die baar leven in en omtrent 't zee-water hebben, ziende met beurten onder baare takken dan 't drooge land, dan 't zee-water. Zommige ook staan geduurig in 't water, men noemtze met een generale naam *Mangi Mangi*, en die zyn in vyf hoofd-geslagten verdeelt: als eerstelyk *Mangium Legitimum*: Ten tweeden *Mangium Cafeolare*: ten derden *Mangium Album*: ten vierden *Mangium Fruticans*: ten vyfden *Mangium Ferreum*.

Het eerste geslagt wert wederom verdeelt in vier soorten, als 1. *Mangium Celsum*. 2. *Minus*. 3. *Digitatum*. 4. *Candelarium*.

*Mangium Celsum* ofte eygentlyke *Mangi Mangi*, is het hoogste van allen, de Elfsboomen naast komende, met een rechte stam van een mans dikte, boven met een smalle en ydele kruyn. De schorsse is zeer dik, ruyg, geborsten, en breekzaam, beneden swartachtig, boven lootverwig, zappig, en rood van binnen. De bladeren in 't generaal gelyken de Laurier-bladeren, namentlyk agter en vooren toegespitst, met evene kanten, glad, styf, en glimmende, met weinige merkelyke aderen, aan de bovenste zyde meer wythuyllende, en aldaar hoog-groen, van onderen geel-groen, vyf en zes duymen lang, en twee en twee en een half breed, met haar duym-lange steelen regt tegens malkander, en in 't kruys staande, dog hier en daar de ordre brekende. Zy staan aan 't voorste der takken meest by malkander, want de rest is bloot, knoppig, bogtig, en de takken zelfs breeken kort af.

Agter en tusschen de bladeren komen langwerpige en spitze knoppen voort, een lid van een vinger lang, en bruyn-rood, die hun openen in tien spitzen of stralen, geenzints wyd geopent, maar slegts gapende, als een kelkje; daar binnen ziet men tien smalle blaadjes of draadjes, aan haar bovenste in tweeën gekloven, hoog-geel, en niet boven de buytenste, maar wel tusschen dezelve doorkykende, en ligt uytvallende, dewelke zyn 't bloeyzel van dezen boom. In de midden dezels kelks staat een langwerpig heuweltje, beneden met een buykje, en boven met een bals, als een oly-kruykje. Uyt desselvs mond waft de vrucht, zynde een langwerpige ronde bouwwe, een span of een voet lang, en een kleene vinger dik, in de lengte geribt, by baren oorspronk rood, de rest uyt den bruynen en donker-groenen gemengt, kruydachtig van substantie, maar ten laastten wat boutachtig, van binnen met een wit droog bert, in de gedaante van een dikke zenuwe, 't welk by 't slegte volkje eetbaar is. Deze bouwven ryp zynde, vallen uyt den gesternden beeker, die aan den boom blyft hangen, en met baare spitzen in de aarde rakende, gewinnen wortelen, en brengen jonge boompjes voort: de bladeren uyt 't agterste eynd voortkomende, en al vallen de bouwven davers op de aarde, zo schietenze evenwel uyt het voorste eynd baare worteltjes in de aarde, en regten baar als dan op.

Het hout is ros of roodachtig, hard, swaar, zappig, en in de lengte ligt scheurende, van een moerasagtigen of swaveligen reuk, die nog sterker in de schorsse is, ligt brandende al is 't groen, als 't maar een kleene poos in 't vuur gelegen en beroekt is, wanneer het sel brand, en een sterke hitte geeft, dog met wat knerssen en springen, 't welk in 't drooge meest vergaat, wiens oorzaak is de swavelagtige vettygheid, die 't uyt de moerasagige en route gronden trekt.

Dewyl nu deze boomen altyd staan in weekagtige en moerasagige gronden, of op zodanige stranden, die bet zout water met beurten van Ebbe en Vloed ontbloomt en bedekt, zo staan de wortelen ook gemeenelyk hoog boven de grond bloot, van veele swarte en ronde wortsten gemaakt, als slangen door malkander gevlogten van den eenen boom tot den anderen, dat men gantsch moeyelyk daar over gaan kan; want zo men daar van afslippt, raakt men tot in de midden toe in de moeras. Egter is daar onder altyd een hard-



fo obruimur cæno, sub hoc tamen semper durum faxosumque reperitur solum, cui arborum radices sese infigunt firmiter, superiores vero & laterales harum radices fungosæ admodum ac molles sunt, ita ut facillime cædi & dirumpi possint, dumque hæ arbores quam arctissime sibi adstant, magnamque hujus litoris occupant partem ad aliquot milliarius spatium, talibusque intricatis radicibus sibi innectuntur ita, ut unam radicum congeriem constituent, hinc regionem istam ab hac parte vix permeare possumus, dum ad minimum ad sclopeti minoris distantiam, in quibusdam vero locis ad majoris sclopeti projectum super has radices incedere cogamur, antequam ad ficcam perveniamus terram, quod incolis non ita difficile est, qui has superfiliunt radices instar hircorum, quum Europæi melius norint calceis incedere.

Ubi vero diu morari volumus, pontes lignei supra has exstruuntur radices, vel ubi cænium non nimis est profundum, radices exciduntur usque ad durum solum, quod nostri milites in Ceramenibus bellis optime addidicerunt: Arbores autem, quæ diffuse in arenoso crescunt solo, nudas itidem gerunt radices, sed arcte intricatas, & mox arenam perforantes, ut solidum occupent solum.

*Anni tempus.* Non certum observat hæc arbor florendi vel fructus producendi tempus, quum omni anni tempore, pro varietate insularum, hos gerant ratione ipsarum varietatum. In Amboina plurimum florentes vidi mensibus pluviosis, fructusque maturos observavi Octobri & Novembri.

*Nomen.* Generale cunctarum harum arborum nomen est *Mangium*. Malaice *Mangi Mangi*. Ac quibusdam scriptoribus Belgis *Wortel-boom* seu *Radicum arbor*, quod cum *Varinga* haud confundendum est. Primam speciem voco *Mangium Celsum*, quum omnium harum arborum altissima sit, & rectissimum gerat truncum. Item *Mangium Legitimum*, h. e. verum, seu genuinum *Mangi Mangi*. Malaice *Baco & Toncke*. Quidam hanc vocant arborem *Mangi Mangi Perampouan* seu *fæminam*, quod alii meliore jure subsequenti tribuunt speciei. Ternatice dicitur *Lolaro*, nostræque nationi *Lalary-bout*. Macassarice *Sala Sala*. Amboinice in *Hitoea Teby*, aliis vero in locis *Waccat & Waät*. In Leytimora *Watta Lopus*, in Orientali Ceramæ plaga *Akat*. In Bonoa & parva Cerama *Kakil*, Chinenibus *Katya*.

*Locus.* Hæc mira aquosa arbor non tantum plurimum nota est in cunctis aquosæ Indiæ insulis, sed ejus species quoque occurrunt in India Occidentali, Africa, & septentrionalibus vicinæ australis regionis plagis &c. Prima species in ipsa raro invenitur Amboina, sed porro in Cerama, Manipa, & Boerone magna in quantitate, in omnibus nempe finibus & tractibus, in quibus mare est pacatum, plana sunt litora, paludosa loca, inque iis ad duorum vel trium pedum altitudinem durum faxosumque solum, atque ubi mare undis suis æstuarium format. Magnus *Kayeli* sinus in Boerone, ubi non tantum plana ac cænosa sunt litora, sed ingentia quoque flumina, densas imprimis harum arborum profert silvas in litore, unde a multis annis lignum pro foco petiitum est pro castello Victoria. Magna *Gelolo* insula profundis suis finibus non tantum juxta litus amplis harum arborum filvis occupata est, sed hæ ad ipsos usque montes crescunt, ita ut hæ vallibus inferviant, quibus natura has insulas munivit in locis habitatis, ut facilis ad ipsas adpulsus prohibeatur.

*Ufus.* Hoc lignum magnam cum Alno nostra habet proprietatem, quum nempe cænoso sepultum loco durabile admodum sit, unde ædium fundamenta talibus exstructa locis, hujus arboris cæsis stipitibus sternuntur, quæ segmenta mortui viri vulgo vocantur. Ubi vero hoc lignum sicco exponitur loco, vel extra aquam eminet, facillime perit, magnosque, crassos, & pingues generat coffos, ante omnia autem teredinem, quæ fistulas suas per totum dispergit stipitem, nihilominus tamen ubi sicco ponitur in loco sub tectis, satis diu durabile est, unde & non tantum ædium postes ex ipso formantur, sed etiam claustrorum pali, qui in hisce regionibus exstruuntur in magnum commodum belli temporibus, quum ubique fere erectæ hæ arbores ad manus sint, palique isti supra terram per aliquot annos incorrupti manent, ubi vero siccum tangunt solum, intra annum putrescunt. Optimum

harde steenige grond, daar in de wortelen haar vastigheid hebben, hoewel de bovenste en die ter zyde staan, zeer voos en week zyn, zo dat men ze gemakkelijk doorkappen en afbreken kan, ook dewyl deze boomen zeer dicht staan, en een groot stuk van den strand beslaan, zomtyds eenige mylen lang, met zodanige verwerringe van wortelen aan en door malkander, als of het eene wortel was, zo kan men de Landen aan die zyde qualyk aandoen, dewyl men ten minsten een pistool-schoot, op veele plaatzen een roer-schoot, en meer, over deze wortelen moet passeeren, eer men aan 't drooge land komt, 't welk voer de Inlanders niet zo moeyelyk is, die daar over springen als bokken, als voor een Europiaan, die beter verstant heeft van schaatzen.

Dog waar men lange bylen vind, moet men een brugge van planken over deze wortelen maken, of daar de modder niet te diep is, kapt men de wortelen door tot op den barden gront, 't welk onze Soldaten in de Ceramse oorlogen wel geleert hebben. Welke boomen nu alleen staan hier en daar op een zant-grond, hebben baare wortelen ook wel bloot, maar dicht in een gedrongen, en strax in 't zant dnykende, om vaste grond te zoeken.

Sayzoen. Het heeft geen zeker Sayzoen, bloeyende de vrugtdragende op allerley tyden, na de verscheidentheid der Eilanden, en na baare diverse Moussonen. Op Amboina heb ik ze meest zien bloeyen in de regen-maanden, en de rype vruchten geven in October en November.

Naam. Den generalen naam van alle deze boomen is *Mangium*. In 't Maleys Mangi Mangi. By zommige Schryvers in 't Duytsch Wortel-boom, 't welk men met de *Varinga* niet vermengen moet. De eerste zoorte noemen wy *Mangium Celsum*, om dat 't de hoogste en regste van stam is onder alle. Item *Mangium Legitimum*, 't regte of eygentlyke *Mangi Mangi*. Op Maleys Bacoen Toncke. Zommige noemen 't *Mangi Mangi Perampouan* of wyfken, 't welk andere met beter reden de volgende zoorte toeschryven. Op Ternaats Lolaro, en by onze Natie Lalary-hout. Op Macassers Sala Sala. Amboinsch op Hitoe Teby, op andere plaatzen Waccat en Waät, op Leytimor Watta Lopus, op Oost-Ceram Akat, op Bonoa en kleen Ceram Kakil, by de Chineezen Katya.

Plaats. Deze wonderlyke water-boom is niet alleen meest bekend in alle Eilanden van water-Indiën, maar ook zyne geslachten vint men in West-Indiën, Africa, en de Westeer-deelen van 't naaste Zuyd-land &c. De eerste zoorte wert op Amboina zelfs weinig gevonden, maar voorts op Ceram, Manipa, en Boero, in groote menigte, te weten in alle bogten en strecken, daar wat stille zee is, vlakke stranden, moerassige gronden, dog op twee of drie voeten daar onder harde steen-grond, en daar de zee met haar overvloeyen eenige poelen maakt. De groote bogt op Kayeli, op Boero, daar 't niet alleen vlakke en modderige stranden, maar groote rivieren heeft, is inzonderheid met digte bosschagien van deze boomen aan strand bebleed, waar uyt men in lange jaaren herwaarts al het brandhout voor 't Kasteel Victoria gebaalt heeft. Het groote Eyland Gelolo met zyne diepe inwyken, is niet alleen langs den strand met breede bosschen van deze boom voorzien, maar die gaan ook tot aan en in 't gebergte, zo dat dit de wallen zyn, waar mede de natuur deze Eylanden bewaart heeft aan bewoonde plaatzen, om het gemakkelijk landen te beletten.

Gebruik. Dit hout heeft veel eyenschappen van ons Elsenhout, te weten om dat 't in een moerassigen grond begraven zynde, zeer durabel is; daarom men de fundamenten van gebouwen, die op zodanige grond staan, met eenparige gekapte stukken van dit hout belegt, welke moeten men doode mannen noemt. Maar daar dit hout in drooge grond staat, of buyten water uitsteekt, vergaat 't zeer ligt, gewint groote, dikke, vette wormen; maar vooral komt 'er den boor-worm zeer ligt in, die zyne pypen door 't gebeeke blok verspreyt; niet te min daar ze op 't drooge, en onder dak staan, konnenze redelyk lang duuren: dies werden niet alleen stylen van buyzen daar uyt gemaakt, maar ook Pallissaden van alderhande Fortressen, die men hier in deze Oosterse Eilanden maakt tot een groot gerief in oorlogs-tyden, wanneer men schier over al deze regte boomen by der hand heeft, blyvende boven de aarde eenige jaren onverteert, dog zo verre ze in



mun porro est lignum non tantum foco, sed etiam furnis, in quibus calx & lateres excoquuntur, quum facillime ardeat, ingentemque excitet calorem. Si in culina adhibeatur, oportet esse siccum, quin strepitum excitet nimium, molestumque fundat odorem sulphureum cænosumque.

Tinctores Chineses cortice utuntur ad lintea nigro inbunda colore, ut & ad majora retia tingenda: Creatoris insuper summa benignitas laudanda iterum venit in vili hac arbore, quod medullam nempe ejus fructus edulem creaverit, talibusque largitus fuerit insulis loco panis, in quibus pauca Sagou, Oryzæ, similiumque arborum invenitur copia, unde homines alioquin suum habent victum, quales sunt Boeroneses, Bonoenses, ac præsertim populi Papoenses insulas inhabitantes, qui magis rupes quam ipsam occupant terram, ubi peregrini præ fame morentur, est enim miserabilis panis, quem stomachus exoticus digerere non posset: Præterea quoque compertum fuit, fructus istis in locis productos multo delicatiores esse illis, qui in Cerama, aliisque crescunt insulis, ubi profundiores sunt paludes, frequentioresque Sagus: Hic autem cibus sequenti præparatur modo: Maturas sumunt siliquas, quas aquæ incoquunt, quam effundunt, dein ex siliquis apertis medullam tollunt, quæ calami crassitiem habet, iterumque hanc coquunt cum Calappi lymphæ vel piscium jure, quam dein comedunt. Incolæ etiam non abhorrent ab arboris cortice, quem in cibum adhibent, quam sulphureus etiam ejus sit odor, quædam enim ejus sumunt frutula, quæ admiscunt cibo Cocobo dicto, de quo actum fuit supra in capite de *Atunolitorea*: compertum vero fuit, si hic cortex nimium cibo fuit adjectus, pectori obesse, Asthmaque causare. Viridia etiam folia a plebe crudâ comeduntur instar *Ulang* ad *Bocassan*, quum gratum salsumque præbeant saporem ex ipsorum sententia.

*Mangi Cossus* in hoc generatus ligno digitum longus & crassus est, superius latissimus, ac sensim angustatus, ex octo magnis & quatuor parvis componitur plicis, qui obscure fuscum habet caput, ac tres breves parvosque pedes ab utraque parte, estque albus, glaber, frigidus semper, & madidus. In ligno generatur, quod diu in loco sicco fuit depositum, facileque lignum adrosens exaudiri potest, lignum vero in aquam projectum, statim teredinem generat.

Mirabilem cum hoc ligno Ternatenes instituunt curam contra debilitatum virile robur, ejusque impotentiam accidentalem, quod summum habent arcum, ac multiplicem ejus jactant experientiam: Hujus autem ligni palum sumunt, quem alicubi conligant, ut per binos tresve menses in aqua salsa fluctuet, hujus dein segmentum amputant spithamam vel pedem longum, qui autem accuratiores sunt, spithamam perfecte longum, tresque digitos latum expetunt, hoc supra porphyritum terunt crassiore sua parte, simul cum forti aceto rubraque Zingibere, ægroque jejuno propinandum exhibent, quantum & quam fortissime tolerare potest, quo pristinum recuperat robur.

*Mangi Mangi* in provincia *Quantung* & *Tonquien* crescens, haud multum ab hac prima differt specie, & subsequenti quarta, quæ ambæ ipsæ *Catya* vocantur. Tantam acquirunt crassitiem, ut ex ipsorum truncis navium gubernacula formari possint, atque ex ipsorum incurvis ramis anchoræ. Breves ipsarum fructus pauperibus penuriæ tempore pro cibis quoque inserviunt, si Oryzæ proventus non successerit, fructus enim medullam eximunt, parumque istam contundunt, quam in aqua conterunt, & excoquunt, ex qua farinam componunt instar *Sagu-Mantæ*, quam cum Oryzæ farina commiscunt, ex qua panes minores coquunt.

*Mangle*, cujus sæpius Indiæ Occidentalis scriptores mentionem faciunt, pro una eademque arbore habenda est, vel saltem adfinis est Orientali *Mangi Mangi*, sed errorem apud illos plerumque detego, quod nempe *Mangi Mangi* non satis norunt distinguere a *Varinga*, quum ambæ hæ arbores radices ex ramis suis in terram inmittant, Hispanus enim *Plinius Euseb. Nierenbergius* libr. 14. cap. 38. primo veram describit *Mangi Mangi* sub nomine *Mangle* *Oviedi*, quæ optime cum nostro *Mangio*, ac præsertim cum sub-

in de grond staan, verrottenze binnen 't jaar. Voorts is 't eene van de treffelykste brandhouten, niet alleen in de keuken, maar ook tot kalk en steen-ovens, brandende zeer licht, en een geweldige bitte van zig gevende. In de keuken moet het wat gedroogt zyn, anderszints knerst 't te zeer, en valt lastig met zynen swaveligen en moerassigen reuk.

De Chineese Verwers gebruyken de schorsse onder 't swart verwen van 't linnen, als mede om groote netten, daar mede te tanen: Nog blyft des Scheppers goedheid in dezen veragten boom, dat by de beest of 't bert van de vrucht eetbaar beest gemaakt, en zodanige Eylanden tot brood gegeven, daar weinige Sagoe, ryst, en diergelyke boomen wassen, daar men anders zyn nootdrift van beest, gelyk 'er zyn die van Boero, Bonoa, en inzonderheid alle de Papoese Eylanden, die meer op klippen, dan land woonen, en daar Vreemdelingen van bonger zouden moeten vergaan; want het is een brood van elende, dat geent uytlandsche maag verdragen kan. Daar en boven beeft men bevonden, dat de vruchten op voornoemde plaatzen veel smakelyker zyn dan op Ceram, en andere Eylanden, daar dieper moerassen, en meer Sagu-boomen gevonden werden; Deze kost bereydenze aldus: Zy nemen de rype bouwven, kookten die in 't water op, 't welk zy weggieten, daar na de bouwven geopen zynde, nemenze 't pit of merg daar uyt, 't welk in de dikte van een schaft is, en kookten 't nogmaals op met Kalappus-melk of visch zop, en eten 't also. De Inlanders zyn ook niet vies van de schorsse tot de kost te gebruyken, hoe swavelig die van reuk is, want zy neemen ettelyke kleene stukjes daar van, en vermengen die onder de kost Cocoho genaamt, waar van boven in 't Kapittel van *Atunus Litorea* vermeld is, hoewel men bevindt, dat de schorsse te veel in de kost gebruykt, de borst beswaart, en korten asem maakt. De groene bladeren werden van 't gemeene volkje ook raauw gegeten, gelyk *Ulang* tot *Bocassan*, om datze aangenaam brak zyn, zo zy gevoelen.

De worm of *Cossus* die in 't hout groeyt, is een vinger lang en dik, vooren breeft, en allengskens toefmalende, bestaande uyt agt groote en vier kleene vrouwen, met een donker-bruyn hoofden, en drie korte voetjes, te weerzyden wit, glad, altyd kout, en vogtig. Hy groeyt in 't hout, dat een tyd lang op 't drooge gelegen beeft, en men kan hem gemakkelyk in 't hout booren knagen, maar het hout op 't water leggende, genereert ten eersten den boor-worm.

Een klugtige kuure maken de Ternatanen ook met dit hout, tegens de betoverde manlykheid, en zyn verswaking, 't welk zy egter voor een groot geheim houden, en veelvoudige Experientie daar van roemen. Zy nemen een sparre van dit hout, binden die ergens vast, en laten hem dus twee of drie maanden in zout water dryven, hier af kappenze een spaan van een span, of een voet lang; die curieuser zyn, willen hem precies een span lang en drie vingers breed hebben, die wryvenze op een steen met het dikste eynd, t'zamen met sterken azyn en roden Gember, en geven 't den Patient nughteren te drinken, zo veel en sterk by verdragen kan, waar door hy weder fris zal werden.

Het *Mangi Mangi* dat in de Provintie *Quantung* en *Tonquien* wast, verschild niet veel van deze eerste, en de volgende vierde soorte, beyde by bunlieden *Catya* genaamt. Zy werden zo dik, dat men uyt den stam roers tot *Vaartuygen*, en uyt de kromme takken ankers kan maken. De korte vruchten verstreken de arme luyden in hongersnood ook voor kost, als 't rys-gewas niet wel slaagt, want zy nemen de voornoemde pit uit de vruchten, kneuzen dat een weinig, wryven het in water, koken het, en maken daar van een meel, als *Sagu-Manta*, 't welk zy dan met rys-meel vermengen, en broodjes daar af bakken.

*Mangle*, waar van de Schryvers van West-Indiën dikwils gewag maken, moet men voor een en 't zelfde, of immers voor een naaste soorte van 't Oost-Indische *Mangi Mangi* agten; dog bemerk ik doorgaans by dezelve een abuys, dat zy 't *Mangi Mangi* niet veel weten te onderscheiden van de *Varinga*, om dat beyde de boomen van haare takken wortelen in de aarde schieten; want den Spaanschen *Plin. Euseb. Nierenbergius* Lib. 14. cap. 38. beschryft eerst de regte *Mangi Mangi*, onder den naam van *Mangle* uyt *Oviedus*, 't welk zeer wel met









subsequenti *Candelario* convenit, quæ autem mox addit ex relatu *Fabricii Mordentis Clusio* facto de mirabili radicifera arbore circa *Goam* crescente, de *Varinga* intelligenda sunt: Quæque *Fernandus Lopes Castagneda* de *Mangua* scribit, de nostra *Mangi Mangi*. Arbor quoque *Enlanda* a *Nierenbergio* male *Enlanda* vocatur. *Loanda* in regno *Congbo* crescens, & a *Pigafetta* descripta, arbor est tam a *Mangi Mangi*, quam a *Varinga* diversa, cum ultima autem optime conveniens: Quæ *Historia Gallica Antillarum* cap. 8. scribit de arbore *Pareluvier*, postea indicabitur in capite de *Mangio Candelario*.

*Varinga* non tantum radicem, ac potissimum sub nomine *Ficus Indica*, sed etiam hanc radiciferam arborem antiquis fuisse notam scriptoribus, videor mihi probare posse inter alios ex *Plinio* qui libr. 13. cap. 25. arbores describit, in aqua marina crescentes foliis *Lauro* & *Olea* similibus, immo totum Orientalem oceanum talibus esse repletum arboribus. Videtur autem ex more istorum temporum res obscure admodum ad ipsum fuisse delatas, magisque obscure ab ipso descriptas, eodem enim in capite *Fucum*, *Algam*, *Arbores*, & *Coralliorum frutices* commiscet.

Tres insuper *Mangue* seu *Mangle* species scribit *Piso*. libr. 4. cap. 42. in *Brasil* crescentes, quarum binæ priores species nullam cum nostro *Mangi Mangi* habent adfinitatem, sed tertia peculiariter *Brasilianis Guapariba*, *Portugallis Mangue Verdadeiro* dicta, fere cum subsequenti nostro *Mangio Candelario* convenit, longas enim fufcasque gerit filiquas, intus amara repletas medulla, binas simul dependentes, quæ decedentes magis cancrorum quam hominum interficiunt nutrimento; ita autem litora occupat, ut fere nemo ad ea adpellere possit, ubique ex ramis suis radices in terram emittens. Ejus vero radix mollis est & aquosa, quæ conscissa, supra carbonem cocta, venenatisque ictibus piscis *Nigui*, qui hisce in terris vocatur *Ican Swangi*, inposita dolorem sedat, vulnusque curat, licet in initio dolor exacerbetur, sed dein sensim decrefcit, quod promptum est remedium ac solatium piscatoribus, qui illud primum detexerunt, nostroque indicarunt populo.

Fuscus trunci cortex ibi quoque adhibetur ad retia tingenda. Incolæ nostri de usu corticis nil norunt, sed medullam fructuum sub cineribus torrent, quam ictui sensum adplicant. Fructuum cortex cum pulligine contritus arma clypeosque eleganti obducit ac tingit colore, ita ut splendeant.

In *Rumphii Adpendice* hæc adduntur.

In *Hort. Malab. part. 6. Fig. 31.* tres hujus arboris describuntur species sub nomine *Candel*, quarum prima species *Malabarice* propriè vocatur *Candel*, *Portugallice Pao Salgoedo Macho*. Belgice *Run-boom*, quæ figura, descriptione, & usu cum nostro convenit *Mangio Celso*. Subsequens *Figura 34. Pee Candel* dicta, *Portugallice Salgeyra Mamato*, Belgice *wilde Run-boom*, nostrum mentitur *Mangium Candelarium*, vel saltem subsequens *Tsjerou Candel*, *Portugallice Salgeyra Major* dicta, Belgice *water-Run-boom*. *Figur. 38. Pou Candel*, *Portugallice Salgeyra Ferma*, Belgice *kleyne Run-boom*, quandam habet convenientiam cum *Mangio Fruticante*, *Mangium* vero *Cafeolare part. 3. Fig. 40.* describitur sub *Malabarico* nomine *Blatti*, *Portugallice Jamboe de Mato*, Belgice *Sterre-bollen*.

### Tabula Sexagesima Octava

Ramum exhibet *Mangii celsi*.  
Ubi Litt. A. Ejus florem caliculatum denotat.  
B. Florem cum fructus rudimento.  
C. Fructum ipsum pericarpio contentum.

Tom. III.

OBSER.

met ons *Mangium*, en inzonderheid met 't hier aan volgende *Candelarium* over een komt: Maar het geen by *strax* daar by voegt uyt 't verbaal van *Fabricio Mordente* aan *Clusio* gedaan, van de wonderlyke *Wortel-boom* omtrent *Goa* wassende, moet men van de *Waringa* verstaan; en 't gene *Fernandes Lopes Castagneda* van de *Mangua* schryft, wederom van onze *Mangi Mangi*. En den boom *Enlanda* by *Nierenbergius* qualyk *Enlanda* genaamt. De *Loanda* in 't *Koninkryk Conga* wassende, en door *Pigafetta* beschreven, is een boom zo wel van de *Mangi Mangi*, als de *Waringa* verschillende, dog met den laatsten best overeenkomende. Wat de *Franfche Historie Antill.* cap. 8. schryft van den boom *Pareluvier*, zal hier na gezegt worden in 't *Kapittel* van *Mangium Candelarium*.

Dat nu niet alleen de wortel-boom *Varinga*, en wel meest onder de naam van *Ficus Indica*, maar ook deze wortel-boom de oude Schryvers niet onbekent zy geweest, dunkt my, kan ik merkelyk bewyzen, onder anderen uyt *Plinius*, dewelke Lib. 13. cap. 25. boomen beschryft, die in zee-water groeyen, met bladeren den *Laurier- en Olyfboom* gelyk, ja dat den geheelen *Orienteelschen Oceaan* vervult zy met diergelyke boomen. Dog zo 't schynt na die tyds manier, zyn hem die dingen wat donker aangebragt, en nog donkerder van hem beschreven; want in 't zelfde *Kapittel* mengt by wier, kroos, boomen, en beesters, allegaar door malkander.

Nog drie zoorten van *Mangue* of *Mangle* schryft ons *Dr. Piso*. libr. 4. cap. 42. in *Brasil* wassende, waar van de twee eerste zoorten geen gemeenschap hebben met onze *Mangi Mangi*, maar de derde in 't byzonder op *Brasiliaans Guapariba*, *Portugees Mague Verdadeiro*, komt ten naasten by met ons volgende *Mangium Candelarium* over een, want het draagt lange bruynachtige bouwen, binnen met een bitter merg gevuld, twee en twee by malkander hangende, dewelke afvallende, meer dienen tot een voetzel van de krabben, dan de menschen. Het bestaat de stranden zodanig, dat men dezelve kwalyk kan aandoen, over al uyt zyne takken wortelen in de aarde schietende. Zyn wortel is week en waterachtig, dewelke in stukken gesneden, op koolen gebraden, en gelegd op de fenynige steeken van den *Visch Nigui*, zynde hier te lande den *Ican Swangi*, beneemt de pijn, en herstelt het lidt, hoewel de pijn in 't eerste vermeerderd, maar daar na allengskens vermindert; een troostelyk en gereed geneesmiddel voor de *Visschers*, die zulx eerst ontdekt, en aan ons Volk geopenbaart hebben.

De bruynschorsse des stams werd aldaar ook gebruykt om de *visch-netten* mede te tanen. Onze *Inlanders* weten van 't gebruyk des wortels niets, maar wel uyt 't merg en pit der vruchten, datze onder de asche beet braden, daar na op den steek wat ver bouden, en allengskens naderen. De schelle der vruchten met eenig swartzel gewreven, verft de schilden schoon swart en blinkende, als mede de *Calebassen*.

Dit werd 'er in het *Aanhangzel* van *Rumphius* bygedaan.

In *Hort. Malab. part. 6. Fig. 31.* werden zes zoorten van dezen boom beschreven onder den naam van *Candel*, waar van de eerste zoorte in 't *Malabaars* genaamt is *Candel*, in 't *Portugeesch* *Pao Salgoedo Macho*, in 't *Duitsch* *Run-boom*, in figuur, beschryving, en gebruyk, over een komende met ons *Mangium Celsum*. De volgende *Tabula 34.* genaamt *Pee Candel*, in 't *Portugeesch* *Salgeyra Mamato*, in 't *Duitsch* *wilde Run-boom*, wil ons *Mangium Candelarium* zyn, of immers het volgende *Tsjerou Candel*, in 't *Portugeesch* *Salgeyra Major*, in 't *Duitsch* *water-Run-boom*. *Fig. 38. Pou Candel*, *Portugeesch* *Salgeyra Ferma*, *Duitsch* *kleene Run-boom*, heeft eenige overeenkomst met ons *Mangium Fruticans*; maar het *Mangium Cafeolare* wert beschreven *Part. 3. fig. 40.* onder den *Malabaarschen* naam *Blatti*, *Portugeesch* *Jamboe de Mato*, *Duitsch* *Sterre-bollen*.

### De acht-en-zestigste Plaat

Vertoont een Tak van de hooge *Mangi-Boom*.  
Alwaar Litt. A. deszelfs Bloem met de kelk vertoont.  
B. De Bloem in zig bevattende het beginzel des vruchts.  
C. De vrucht zelfs, met zyn kelk omvangen.

AAN.



## OBSERVATIO.

## AANMERKING.

Hæc vera est Kandel *H. Malab. part. 6. Tab. 31 & 32.* exhibita, & Mangle Pyri foliis, cum filiquis longis, Ficui Indicæ adfinis. *Sloan. Cat. Pl. Fam. & Voy. Fam. part. 2. p. 63.* ut & *Ray Hist. dendr. p. 715.* & Mangles arbor Pyri-folia falsis & uliginosis locis in America proveniens, fructu oblongo tereti, summis ramis radicata. *Plukn. Almag. p. 2. 1. Tab. 204. Fig. 3.* Mangles aquatica foliis subrotundis & punctatis. *Plum. Cat. pl. Amer. p. 13.*

Dit is de waare Kandel van de *Hortus Malab.* in het zesde deel *Tab. 31* en *32* verbeeldt, en de Mangle met het blad van de Peere-Boom met lange peulen als de Pisang, van *Sloan.* in zyn *Catal.* van de *Jamaice* gewassen, en in het tweede deel van de *Jamaice Ryze p. 115* en de Mangle-Boom met het blad van de Peere-boom in zoute en vogtige plaatsen in America groeiende, met een lange schraale vrucht, aan zyn takken wortelen uyttschietende, by *Pluknet* in zyn *Almag. p. 241. Tab. 204. Fig. 3.* en de water-Mangle-Boom met rondachtige en gespikkelde bladeren van *Plum.* in zyn *Catal. pl. Amer. p. 13.*

CAPUT QUINQUAGESIMUM  
NONUM.*Mangium Minus. Palun.*

**P**Arva hæc *Mangi Mangi* species, rectos & teretes instar palorum emittit truncos, circa radices tamen fruticosa est, ubi plurimis se extendit ramis, verum truncum obtegentibus. Truncus ad summum cruris habet crassitiem, ac circa radices alatus est, ubi fungosum ac molle ejus est lignum. Ejus cortex non ita est rugosus & fissus ac præcedentis, sed intus croceus seu rufus, ac succosus.

Folia eodem sita sunt modo instar prioris, in ramulorum nempe summo, sed nullum regularum observant ordinem, suntque minora ac rotundiora quam præcedentis, illis *Mangii Fruticantis* simillima, quatuor pollices longa, binos lata, oviformia, saltem superius subrotunda, glabra, crassiuscula, splendens, plurimisque venulis pertexta.

Flos stellatum quoque refert calicem ex quinque apicibus constantem, semi-apertum: Intus tot quoque alba & flaccida locata sunt petala, reliqua autem floris pars repletur plurimis albicantibus staminibus: Bini plerumque flores brevibus simul insident pedunculis.

Fructus longæ itidem sunt filiquæ uti antecedentis, ultra pedem longæ, striatæ, nunc obscure virentes, dein luteæ, ac demum obscure fuscæ, prope ortum angustatæ, calamus circiter crassæ, ac sensim crassescentes ad minoris digiti crassitiem, quæ dein subito connivent. Geminæ semper dependent forma minorum candelarum ceracearum, intusque cor gerunt album herbaceumque, uti in priore, non autem ita edule: Hæ filiquæ caliculo itidem insident pollicem crasso, superius latiusculo, ex quinque obtusis apicibus spinas mentientibus formato.

Lignum est uti præcedentis, sed pallidius & mollius, ejusque radices nigricantes instar serpentum supra terram etiam decurrunt, sed parum sunt fungosæ & fragiles. Octobri floret, fructusque copiosi subsequenti mense ex arbore dependent, qui in terram prolabantes arbusculas emittunt, apicibus suis terram perforantes & sese erigentes.

**Nomen.** Latine *Mangium Minus*, nullo autem alio huc usque innotuit nomine nisi Amboinensi *Palun* & *Parun*, in *Leytimora* autem vocatur *Watta Mahina*, quod nomen commune est cum subsequenti *Mangio Caryophylloide*.

**Locus.** Hæc species remotius a litore crescit quam *Mangi Mangi* celsum, sed semper talibus in paludibus & æstuariis, quæ ab aqua marina superfluente formantur, ubi densas format silvas. In ipsa Amboina non crescit, vel raro in *Laba*, sed copiose in insula porcina, in *Cerama*, in tranquillo sinu *Tanoeno* & *Caybobbo*.

**Ufus.** Ejus lignum non valet ad tignum, quum nimis sit molle, nec durabile, sed foco quodammodo inservit, contra ejus cortex magno in usu est ad cuncta lintea alba intensè rubro obducenda colore, si hæc cum cortice coquantur, radicibus *Barcudu*, ac foliis *Laba*, tinctura autem proprie ex *Bangeudoe* elicetur, binæ aliæ vero res consistentiam & perennitatem addunt; ex defectu veri *Pharmacii Sagueri*, quidam hujus

## LIX. HOOFDSTUK.

*Kleyne Mangi-Boom.*

**D**It klein geslagt van *Mangi Mangi* schiet wel met rechte en ranke stammen als sparren op, blyft eger omtrent de wortel een struyk, zig met veele takken verspreyende, en den regten stam bedekkende. De stam is op 't hoogste in de dikte van een dye, en heeft omtrent de wortel eenige vlerken, van een week en voos hout. De schorsse is zo ruyg en geborsten niet als aan 't voorige, van binnen mede hoog geel, of ros, en zappig.

De bladeren staan op dezelfde wyze, als aan het voorige, aan 't uytterste der takjes, dog in geen preciese ordre, en zyn kleender en ronder dan de voorige, die van 't *Mangium Fruticans* zeer gelyk, vier duymen lang, twee breed, eyformig, immers van vooren rond, dikagtig, glad, glimmende, met veele kleine adertjes doortoggen.

Het bloeyzel is mede een gesternt keltje, van vyf spitzen gemaakt, die altyd half geopent staan. Binnen staan ook zo veel witte en slappe blaadjes, zynde de rest uytgevult met veele witte draadjes. Deze bloemen staan gemeenlyk twee by malkander op korte steelen.

De vruchten zyn insgelyx lange bouwen, als aan 't voorige, ruym een voet lang, gestreept, donker-groen, daar na geel, en ten laatsten donker-bruyn, by baren oorspronk smal, omtrent een schaft dik, en allengskens uytspylende tot de dikte van een pink, daar na weer schielik toegespits. Zy hangen altyd twee en twee by malkander, in gedaante van kleine was-kaarzen, en van binnen een wit kruidachtig bert, gelyk het voorige, dog zo bequaam niet om te eeten. Deze bouwen steken mede in een bekertje, een duym lang, aan zyn hoofd breedst, en met vyf stompe spitzen, als doortjes bezet.

Het hout is 't voorige gelyk, dog bleeker, en weeker, de swarte wortelen staan ook als slangen boven de modder, dog zyn weinig, voos, en breeksaam. Het bloeyt in October, en de vruchten ziet men in meenigte aan de boomen hangen in November; op de aarde vallende, veranderen ze in jonge boompjes met de spitze in de aarde wortelende, en zig voort oprijtende.

**Naam.** In 't Latyn *Mangium Minus*, voorts is 't nog met geen anderen naam bekend dan met den Amboinischen *Palun* en *Parun*, op *Leytimor* biet het *Watta Mahina*, gemeen met het *Mangium Caryophylloides*, en 't volgende.

**Plaats.** Deze zoorte wast wat verder van strand af dan de groote *Mangi Mangi*, dog altyd in zodanige moerassen en inhammen, die het overvloeyende zee-water maakt, alwaar het in digte bosschen by malkander wast. In Amboina zelfs heeft men 't niet, of weinig in de *Laha*, maar overvloedig op het *Parkens Eiland*, op *Ceram* in de stille bogt van *Tanoeno* en *Caybobbo*.

**Gebruik.** Het hout deugt niet tot eenig timmerwerk, als zynde te week en niet durabel, maar eenigzints tot branden, daar en tegen de schorsse is in een groot gebruyk om allerhande wit linnen hoog rood te verwen, als men het zelve kookt met deze schorsse, wortelen van *Barcudu*, en de bladeren van *Leha*, komende de verwe eygentlyk van *Bangeudoe*, maar de twee andere geven haar de vastigheid; by gebrek van 't opregte *Pharmacum Sagueri*, nemen